Obligat
Kowynicki Drohiczyńskiemu

Recognoscens Generosus Mathias Kowynicki predicto Generoso Samueli Drohiczynski obligatorio suo eiusque Pontis coram officio presenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque Regni Generalem et Nobiles duos ipsi nunc ab officio presenti additos die quacunque voluerit officiose acceptare. Per ipsum obligatorem suum et eius successores dona predicta presentibus per se recognoscentem obligata tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete uti fruendi ac ad ipsos suos suorumque successorum quos beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo et titulo obligatorio debeat et tenebitur prenominatus Recognoscens Generosus Mathias Kowynicki quod se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis predicto Generoso Samueli Drohiczynski obligatorio suo eiusque Pontis inscribit et obligat presentibus ipsum et eius successores in dictis bonis presentibus obligatis et rite donandis ab omni et quavis impetitione juridica quarumlibet personarum cuiuscunque condonis status et sexus existentium in omni judicio et officio Regni enumerandis usque ad exemptionem eorundem bonorum et summarum prefatis totale et indivisam per solutionem toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemque cum Pontis reddere. Nec non dona predicta presentibus per se recognoscentem obligata ab omnibus in genere juribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis obligatis factis et faciendis tum etiam a quibusvis citationibus in eadem dona obligata importatis et importandis lucris denique et perlucris pro assessibus juris quibusvis in quocunque puncto et gradu juris dependentibus in quovis judicio et officio Regni obtentis et obtinendis in eisdem bonis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere et etiam intromissionem prefatam coram officio presenti admissam in fundo bonorum

prefatorum

prefatorum presentibus per se recognoscentem obligatorum dum per Ministerialem et Nobiles officiose requiretur non denegare imo tenebitur eadem libere et effectualiter dare et admittere dataque et admissa eadem possessionem et usum fructum premissorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non prepedire nec adimere ipsumque obligatorem suum et eius successores in dictis bonis obligatis tam in parte quam in toto non iniuriari ita ut eadem dona obligata idem obligatorem suus suis cum posteris quiete et pacifice presentibus suis inscriptionibus obligationis vigore tenere et possidere queat. Idque sub vadio similis summae duodecim millium florenorum quedam polonorum per eundem Recognoscentem Generosum Mathiam Kowynicki sive eius successores predicto Generoso Samueli Drohiczynski eiusque Pontis ob non complectionem premissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Preterea predictus Recognoscens Generosus Mathias Kowynicki se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis predicto predicto Generoso Samueli Drohiczynski obligatorio suo eiusque Pontis inscribit et obligat presentibus Generosam Jhmethem consortem suam legitimam cum assistentia sui et duorum amicorum illius de linea Paterna Primum vel in eventu mortis successores ipsi ad consentiendum per eam super inscriptionem presentem obligationem de omnibus et juribus ipsius reformatione et novitate ac alio quovis per ipsos super bonis prefatis se recognoscentem habito intra decursum medii anni ab acta presenti computando ad acta quaevis autentica Regni vim perpetuitatis in se habentia statuere et personaliter adducere ab eaque vel ab eis ut premissa exequantur efficere ipsique sub vadio similis summae duodecim millium florenorum quedam polonorum ob non statutionem prefatae consortis suae vel in eventu mortis successorum ipsius pro tempore supraemptis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo premisso ad solvendum succumbendo ac pro re

aliqua Principali ex praemissis non completa complendisque praemissis Citatus
existens praenotatus Recognoscens Generosus Mathias Kowzynicki sive eius
Successores ad Instantiam praedicti Generosi Samuelis Drohiczynski
obligatarii sui sive eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense extra recessum supradictum quoad respondendum spectat mediante
semper in Primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri
parere respondere vadium praetacta luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne
Judicatum pati debebit ac teneabitur seque ac suos Successores ad eadem omnia
obligat eundem Terminum Primum peremptorium et alios omnes conse:
quentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vero infirmitate
pro maiori minorenitate Successorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusque Dillationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praefatos Terminos
Officii praefati Castrensis Premisliensis Dillationem sibi non recipiendo nullas
motiones appellationes earumque prosequutiones faciendo ac praemissa omnia
pro omnis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensione fatalis
Juris praetensione Terrestri bello convenientibus aliisque quibusvis Juris
remediis ac defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti personali Re:
cognitione ad praemissa omnia mediante.

Inter Eosdem Roboratio

Comparentes personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Pre:
mysliensibus Generosi Mathias Kowzynicki ab una et Samuel Dro:
hiczynski parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes
a Iuris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis praemissis etiam:
praesentis recedendo huic autem Jurisdictioni Castrensi Capitaneali
Premisliensi quoad actum praesentem ab una se cum Successoribus
bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque
subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt
et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi

Se ac suos

Se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniae
quibusvis habitis et habendis mutuo et invicem una Pars alteri ac
Posteris utriusque Partis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam
una cum Inventario inter se Recognoscentes vere certam rerum et con:
ditionem in eisdem contentarum de Actu et Data ibi Premisliae die
hodierna confectam manibus Recognoscentium subscriptam et sigillatam vadio
Duodecem Millium Florenorum pecuniae polonicalis firmatam in omnibus et singu:
lis eiusdem Intercisae et Inventarii Condentibus Punctis clausulis articulis
vadiis ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere et
exequi ac inviolabiliter observare omnibus et singulis illorum Contentis
tam in parte quam in toto totiesquoties opus fuerit satisfacere praefatam In:
tercisam cum Inventario ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem
ad praedictam Intercisam cum Inventario vicissim in toto referendo. idque sub
vadio Duodecem Millium Florenorum pecuniae polonicalis per Parte Parti
cum Successoribus utriusque Partis ob non completionem Contentorum Inter:
cisae et Inventarii praefatorum tam in parte quam in toto totiesquoties opus
fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso
ad solvendum succubit ac pro re aliqua Principali non completa complendisque
praemissis Citata existens Pars una praemissa non tenens sive eius Successores ad
Instantiam Partis alterius Praemissa tenentis sive eius Posterorum ad
officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extra recessum Suprascripto
quoad respondendum spectat mediante semper in Primo Citationis Termino
tanquam peremptorio stare Juri parere respondere vadium praetactum luere
Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebit ac tene:
bitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum
peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper
peremptorios vero infirmitate pro maiori minorenitate Successorum
legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta
ad evictorem vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis
non differendo ad quietationem ultra praefatos Terminos officii praefati Castrensis

Premisl